Sederant quidā inter corinthios qui ditati in omnibus· tuā laude p̄
ferri merebantur· Erant &iam quidā digni tuā increpatione.

Mos namq· est periti medici· prius sana menbra circa uulnus palpare·
& sic ad tangendū uel abscidendū uulnus manū adhibere· Sic
nimirum egit apostolus. Nam quasi sana menbra circa uulnus palpa
uit cum p̄fectos corinthiorum laudauit· cum aūt ad inp̄fectorꝝ
obiurgatione prorupit· quasi uulnus in corpore p̄cussit· Nam id
circo p̄fectos laudauit· ut ad imp̄fectorū increpatione congru
entius p̄ueniret· alioquin de sua forsitan salute desperarent·
Igitur ne hi qui in fide p̄seuerauerant de suo casu inuita p̄senti tu
barent. pulchre subiunxit· Quia & c̄firmauit uos usq· in fine·
uidelic& xp̄s. De alacritate quippe mentiū eorꝝ certus· de spe con
uersionis securus. Quasi fiducia illis his uerbis p̄mittit· Tamquā di
cer&· qui sua grā c̄tulit ut in omnib; ditati ess&is· dono suę mię
uos confirmabit· ut in accepta grā p̄seuer&is· Sed unde aptō de istorꝝ
confirmatione tanta confidentia? uidelic& de p̄terita p̄seue
rantia· Nam qui inter tot discrimina sensuū· inter tot p̄turbatio
nes suari & tū inmobiles extiter̄· monstrauer̄ p̄fectos se in fide p̄se
ueraturos; & nota quia dū hos laudat· eos qui a pseudo aptis fuerant
deprauati· ad correctione inuitat· Quia dū eorꝝ fide p̄dicat· illos ducit
ad penitentiā; Vt autem ostender& quousq· essent c̄firmandi sub
iecit; usque in fine; Finis autē· non intellegendus est consumptionis·
sed p̄fectionis· & consummationis; Potest enim p̄ fine xp̄s intel
legi· quia finis legis xp̄s est. Vt sensus sit· usq· in xp̄m· ac si
dicer& in se ipso; Potest &iam intellegi p̄fectio bonorū operū
siue dies iudicii· uel dies mortis uniuscuiusq· iuxta illud; qui p̄se
uerauerit usq· in fine hic saluus erit;" Sine crimine· nota q̄a
n̄ ait sine peccato· nullus enim in hac uita ita potest c̄firmari ut pec
cato careat; Unde cottidie d̄re (dicere) monemur· dimitte nob debita nrā·
sic & nos dimittimus debitorib; nrīs; Hinc iacob; in multis offendimus
omīs;" In die aduentus dn̄i nrī ihū xp̄i· die aduentus· die uocat iudicii·

Karlsruhe LB. Aug. CL, f. 92r

s subditur. Ut fides nra non sit in sapientia hominum. sed in uirtute di. &
est sensus; Quod creditis. quod iam fideles estis. n. h. humanae sapientiae
ascribatis. Ne forte quaeratis quod ei astutia sitis decepti. sed ascribite
hoc gratiae sci sps. qui est uirtus di; Nam qd sps uirtus di sit. dns mani
festat dicens. Vos aut manete in ciuitate. quo adusq. induamini uirtute
ex alto; Igitur quia dixerat se nihil aliud inter corinthios scire. nisi xpm
ihm & hunc crucifixum. Ne forte putaretur reuera insipiens. adiecit.
s Sapientiam autem loquimur inter perfectos; Iamqua diceret. Nos qui in
stultitia pdicationis xpm uobis annuntiamus. ne putetis insipientes.
quo sapientiam loquimur inter pfectos; Perfectos aut uocat eos
qui crucem xpi uirtutis testimonio ueram esse sapientiam credebant. &
qui fidem non tam uerbis habebant. quam rebus. id est qui fidem suam
operib. adimplebant; Siue eos qui linguis omnium loquebantur.
Quiq. ad illorum saluationem gratia sci sps interdum etiam occulta
cordis reuelabant. Inter hos ergo sapientiam loquebatur. quia se
creta eis de xpi diuinitate mysteria pdicabant. Quam uero sapientiam
s loqueretur. manifestat subiungens; Sapientiam autem non huius sae
culi; Pulchre autem ait. non huius seculi. quia hoc saeculum diuinam
rationem et sapientiam capere non potest. propter infirmitatem ter
renae cogitationis. Et nota quia dicendo non huius saeculi. ostendit etiam
futuri esse seculi. in quo ueritas. id est uera di sapientia. etiam negantib. appa
rebit; Est aut humana sapientia. quae ea tantum uera iudicat
& credenda. quae quodammodo humanae rationi conuenire uident.
Diuina uero sapientia. omnem modum humanae scientiae transcendit.
s Unde mox sequit. Neq. principum huius saeculi; Si enim principum sae
culi non est. multo minus hominum subditorum. Principes aut saeculi. dia
bolum uocat. eiusq. satellites. qui saeculi huius amatorib. principan
tur; Diuina ergo sapientia principum saeculi non est. quo doctri
na euangelica. et xpiana religio. omnes errores quos ipsi generi hu
mano inseruerunt destruit & dissipet. Unde mox additur.

Karlsruhe LB. Aug. CL, f. 100r